J. SALVADOR RODRIGUEZ
ENCUADERNADOR
San Juan de Dios, 7
Tel. 231529
GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
— GRANADA —
Sala CAJA
Estante A
Número 40

Nota ade cortar. Colong. Titulo ette: Miscellaneorum. tom 9.7.

571 fol. (31 en bl.) Faltan los fol. 271 y 540 á 66

1º Junio 1912

Posteriormente falta desde el 540

Caja 6 A-40

R. 30764

Papeles Varios

Juridicos, Morales, i Historicos,

De diversos Authores

Escritos en varias ocasiones à diferentes

Asuntos

Son todos papeles Manuscriptos.

Miscellaneorum tom. 7. Del Coll.o de la Comp.a de Jhs de Gran.a

De todos los papeles que contiene este tomo

se hallara Indice en la oja

siguiente.

Son del uso del P.e Pedro De Montenegro

De la Comp.a de Jhs.

Que los recogio en este tomo Año de 1662.

Alabado

Sea el Santissimo Sacramento

y

La Immaculada Concepcion de Maria

Santissima Nra Señora

Concebida sin mancha De culpa Original

Amen.

Papeles Varios

Curiosos, Morales i Historicos

De diversos Authores

Escritos en varias ocasiones a diferentes

Asumptos

Son todos papeles Manuscritos

Miscellaneorum tom. 7

De todos los papeles que contiene este tomo

se hallara Indice en la foja

siguien.

Son del uso del P. Joseph de Monteagudo

de la Comp. de Jhs.

Que los recogio en este tomo Año de 1767

Alabado

Sea el Santissimo Sacramento

La Inmaculada Concepcion de Maria

Santissima Ntra Señora

Concebida sin mancha de culpa Original

Amen.

Indice

De los papepeles que ai en este tomo de varios.

c. 1. Por el Seminario y Provincia de Andaluzia contra el Colegio de S. Ermenegildo sobre q. debe alimentar alos q. entraren en la huerta de la Provª.

c. 2. Por lo mesmo otro papel.

c. 3. Por el Coleg. de Cordª contra el Dean y Cabildo de la Sta Iglesia de la mesma Ciudad en el Pleito de Diezmos. vide muchos papeles en mi tom. 6. de miscellaneos.

c. 4 Por el Colegio de Cordª contra los mesmos en el punº de Manutencion en no pagar diezmos.

c. 5. Por la Comp. en el Pleito de Diezmos con breue del Pontifice insuto.

c. 6 Sentencia del Nuncio en el Pleito de Diezmos entre la Compª y la iglesia de Cordoua.

c. 7. Por el Colegio de Toledo en el Pleito con la Dignidad Arçobispal.

c. 8. Por el Colegio de Antequera contra la iglesia de Seuilla.

9. Por el Consejo de la Mesta en el Pleito con el Duque de Arcos.

c. 10 Por el Colegio de Ecija en el Pleito con D. Alonso de Villavicencio sobre la erencia de D. Beatriz de Monsalue. vide mi tom. 6. de Miscellaneos de a f.

11. Por D. Hernando de Quando contra D. Gabriel Arias.

c. 12. Anales de la Provincia de Paraguai desde el año de 1632 asta 1634.

c. 13. Historia de la Casa Professa de Seuilla desde el año de 1611. asta 1616.

c. 14. Historia del Colegio de S. Ermenegildo de Seuilla.

c. 15. Estrena de las escuelas de S. Ermenegildo.

c. 16. Historia del Colegio de S. Ermenegildo desde 1602 asta 1606.

c. 17. Historia del Colegio de Guadix desde el año de 1600.

18. Memorial del mal gouierno del Faina Arçobispal de Seuilla.

c. 19 Razon del C. de Cadiz ala Ciudad en auer cerrº las escuelas de leer y escriuir q. alli auia.

20 Papel de mero, d mixto exemore celesiastico q. puede, y q. debe hazer.

21. Parezer sobre la paga de los cenidos de vn censo.

c. 22 Reparo que se haze en la dedicatoria del libro de gemitu Columbe del P. Cardenal Belarmino.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

23. Reparo sobre la lei 11 del Toro.

C. 24. Fiestas de Sevilla en las Beatificaciones de Nuestros santos.

C. 25. Letras Annuas de la Provincia de Andaluzia de los años que se ponen aqui: 1581. y 1584. y 1591. y 1606. y 161[illegible]. y 1613. y 1617. y 1618. y 1619. y 1620. de Cordova de 1634.

C. 26. Libro de Decisiones en materia de Tesoros.

Todos los papeles deste 7. tomo son

M. S.

C. 27. las respuestas de Nro. P. General q truxo el P. Melchor de Castro año de 1591.

C. 28. Quien fue el fundador del Collegio de Osuna.

C. 29. Annua del Colegio de S. Ermenegildo del año de 1620.

C. 30. Sermon de S. Borja.

C. 31. Sermon del Obispo al rei el P. Pedraza.

C. 32. Papel acerca del voto de S. Ignacio, y S. Xavier. este punto lo trata el P. Gomez largamente en el 2 quaderno del tomo que tengo de sus dudas morales.

33. Devociones para difuntos.

C. 34. Carta del Cardenal Zapata agradeciendo al P. Pineda el expurgatorio.

C. 35. Varias cartas acerca del Motin de las Universidades contra la Compa.

C. 36. Varios papeles, y cartas acerca del Motin en Cordova de las religiones contra la Compa. por sujetarse al Obispo Pobera.

Annuae litt. Provinciae Baeticae anno 1584

Baetica haec provincia in undecim domicilia divisa circiter quadringentos de Societate
complectitur, e quibus Professa domus Hispalensis sexaginta, totidemque collegium His
palense, Cordubense octoginta, Granatense quinquaginta, Montillanum quinqua
ginta, Martense tredecim, Gaditanum, quindecim, Trigerense septendecim, Mala
cense, sexdecim, Baetanum decem & octo, Zerense duodecim ex nostris aluerunt,
ex his centum et viginti Sacerdotes numerantur, studijs intenti nonaginta, septem
et triginta Tyrones sunt, domesticas funtiones obeunt, Centum & quadraginta
Hic annus annonae charitate valde gravis sub finem varijs morbis fedatus est, morte sunt
nobis erepti octo, quorum vicem prestitere unus et viginti ad Societatem adscripti, ex
cellens perfectionis Cupiditas ad omnia religionis off.ª vehementius hoc anno incita
ta est, ad quod non parum adiumenti atulit indulgentia Iubilei, (quae nobis omnibus
gratissima accidit) a Greg.º 13. felicis recordationis; in spiritualem nostrorum instau
rationem tuis precibus impetratam, quam ut assequerentur singuli, rebus alijs ne=
glectis, singulis hebdomadis se receperunt, Societatis et meditationibus vacarunt,
generali conscientiae expiatione denuo instituta.

Domus Professa Hispalensis.

Domus haec in qua sexaginta ex nostris consistunt, (et ex his duodecim tyronibus
ad domus administrationem) commoda usa est valetudine, tres tamen extinti
sunt, duo qui domestica administrabant, tertius pater Georgius Aluarez
insignis pietate et proximorum salutis imprimis studiosus, cuius obitus omnibus
accidit luctuosus, multorumque civium lachrimis exceptus est. Domestici omnes
eadem animorum coniuntione ad retinendam instituti nostri severiorem disciplinam
serio conspirarunt, et meditationum spiritualium repetitione et animorum assidua dis
pitientia. Domus nostra multis civibus, qui ad res divinas convenire solent,
frequens est, et quidem insignis contionum fructus hoc anno maxime constitit, =
excipiuntur nostri contionatores magno virorum concursu, & singulari aprouatione
quo fit, ut solemnioribus anni festis, tanta vis hominum ad nos concurrat, ad
eluendas animi labes, et caelestis mensae comunionem, ut insignem prope Iubilei
diem referant. Quare nostra Societas, civium benevolentia, & principum vi
rorum studio felicissimum cursum tenet, et in dies opinione augetur. Solen
nia Societatis munera ex instituto nostri sane quam utiliter exercent, patet
enim campus latissimus, in quo nostra industria possit excurrere, nam confessi
onibus audiendis diversarum nationum, (quae et mercaturae causa, et loci celebritate, in
hanc urbem frequentes confluunt) trirremibus et nosocomijs adeundis, eorum
qui sunt in vinculis, animis corporibusque curandis, publicis urbis compitis, et
plateis lustrandis, longa instructa serie puerorum, qui fidei rudimenta dica
tant, preclare dant operam. Novitij omnes, qui exacto primo anno huc com
migrant, equa animorum contentione virtutis viam alacriter ingrediuntur, et pro
cedunt feliciter in dies longius, iuxta instituti nostri rationem, mirabili quodam
ardore incitati.

Collegium Hispalense.

Contines collegium hoc sexaginta ex nostris, omnes fere literarum studijs addictos; in
signis quidam animorum ardor ad progrediendum in virtute in omnibus elluxit, eaque ar
ripiunt avide quae inidem promobere illos possunt. Ad humaniorum literarum studia
additum est theologiae gimnacium quod hoc primum anno T. R. P. aprovacione appertum
est =

est, et quidem lectionibus initium fecere publice disputationibus habite, quas utriusque
ordinis viri primarij, nec non et illustrissimus cardinalis sua presentia honestarunt, et
honorificis verbis prosequuti sunt. Numerus scholasticorum, qui altior solito fuit ad non-
gentos excreuit, fitque inde maior omnes quem ex studijs optamus et virtutis, et doctrine
fructum referunt non mediocrem, plures sunt qui ad decimum quintum
diem conscientias confessione lustrant, quidam etiam ad octabum dato campane signo
ad egressum intra gimnasia se continent, precarios beate virginis Marie calculos, una cum
magistro persoluunt, nonnulli se flagris cedunt quadragessime precipue tempore. Hoc
anno ut sunt ad pietatem propensi quinquaginta, et his plures ad religiosas familias
se agregarunt, ex quibus sex nostris annumerati sunt. Nunc primum in hoc collegio
Annuntiate sodalitas institui cepta est, cuius ut sedant initia future messis prouentu
non minorem quam alibi usquam pollicentur, et quod sint patrij adolecentes, ad hec
pietatis studia ipsa natura facti felicissimi progressus certa nobis spes iniecta est. Pri-
ma aduentus dominica celebriora urbis loca fidem christianam decantantes obimus
et quidem collegi rectorem qui pueris insertus ibat scholasticorum numerosa turba
et ex illis multi antiqua et nobili stirpe profecti committabantur quo quidem exem-
pli bonus odor in urbem fuit sparsus ad domos angustias laxandas edificatio commoda
patris Prouincialis industria instituta est gimnasium denuo peramplum fuit erectum
et duodecim superstructa cubicula sicque ipsa complunij area et patentior et aspectu pulchri-
or euasit.

Collegium Cordubense

Cordube commorantur ex nostris octoginta, quorum maior pars studijs operam nauant
cre theologica quatuor hoc anno lectiones sunt habite, artium curricula duo, Gram-
matice, ac retthorice gymnasia quatuor, Externi discipuli octingenti plus mi-
nus, extitere, ex quibus centum fere artium curriculum inierunt; quod ad scho-
las attinet ciuitati in uniuersum cumulate fit satis, auditores n. nostri non in
litterarum solum, sed in virtutis studium sunt mirabiliter incitati, quod ex frequen-
tia, et alacritate, qua sacrum Xpti corpus excipiunt, non obscure perspicit.
qua dere pia quedam contentio extitit, que ab ipsis theologis profecta, ad eos
usque, qui in primo grammatice vestibulo versantur pertinuit; omnes autem, cum
aque pluuie dificultate laboratum est, solemnem supplicationem instituerunt
etiam profuso sanguine acriter se verberibus cedentes, que res et populo et op-
timatibus, qui frequentes ad hoc spectaculum confluxere, et deuotionem et
lachrimas concitauit. At vero de in posterum rei familiaris hoc anno iecimus
tanquam fundamenta, Pontifex n. Summus, qua erat in nos beniuolentia, col-
legio huic precibus et opera patris ecclesiastici tria et ampla illa quidem benefi-
cia addixit, dummodo fructus pensionis hi ijs obtinerent dum viuant, qui
se beneficijs abdicarunt, deinde in agros quosdam frumentarios viginti pe-
ne aureorum millia. T. R. P. facultate, conuertimus, et quoniam pretij pars
maior nobis credita fuit, spes est fore, ut ex ipsis agrorum fructibus contractum
es alienum dissoluatur, ac demum libera, et bene locuplex possesio collegio
relinquatur, large effusae qq. elemosine hoc presertim anno nobis sunt impertite
que bis mille aureorum summam attingunt; quarum subsidio eo templi structuram
proueximus, ut intra sex menses tectum omnino absoluendum arbitremur
quam ad rem urbis Episcopus pro singulari, qua in nos est animi propensi-
one, ac beneficentia, sane quam liberaliter opem fert, idem quos dies domi fes-
tos agimus ijs inuitatus rem diuinam pontificali ritu peragit. Hec a ciuibus
in nos, alia vicissim in ciues profecta sunt dff.a sed id tantum sigillatim dicam,
quod nostrorum hortatu incitati nonnulli, ita se diuini numinis obsequio adduxerunt, ut
fortunas omnes suas nostrorum potestati tradiderint, eas, ut ipsi arbitratu suo promouerent Dei
gloria impenderent. Due hinc potissimum hoc anno missiones profecte sunt, altera Lucenam

a Retene

atq in allia uicina oppida, a Stora Iouenam, quæ quingentorum quinquaginta oppidorum
capud est, ea sub eorum ditionem cadunt, qui comendatarium Diui Iacobi gestant insigne
erant huius loci incolæ erga nostros, sinique affecti; nec deerant qui publicis conuitijs nost-
rorum illuc aduentum perturbare atq impedire conarentur. Demum cum gubernatoris contenti
one nostri recepti essent, uehementer fuit ab uniuerso populo reclamatum, nemo nostros congressu
nemo sermone dignos iudicabat, quin imo ab illis tanquam de doctrinæ integritate suspectos omnes
abhorrebant, tum nobis non modico adiumento fuit fidei inquisitorum proepiscopi, ac pretoris ur
bani singulare studium, et beneuolentia, itaqs paucis diebus cælesti numine suffragante, sic
diuini numinis uerba excipere, ac lucem respicere ceperunt, ut uberrimas agerhic fruges effu
derit, atq omnes consensione mirabili de collegio extruendo egerunt, quod ut facilius obtineant mi
lle aureos in annuos reditus referunt, preter alia, quæ populus, et priuati quidam uiri incamtem
alacres pollicentur, certi quidam nobiles, facultates suas omnes collegio nostro donarunt, quæque
quinque millium aureorum summam conficiunt, sic tamen, ut post eorum obitum duntaxat, ad
nostro hereditas pertineat.

Collegium Granatense

Habitant Granatæ quinquaginta partim predium suburbanum colunt unde nobis annui
redditus proueniunt reliqui sacerdotes sunt aut domesticis curis aut studijs addicti. Dum
communis morbi uis urbem uniuersam et omnia circum poppulatur omnes fere domes
ticos inuasit ex his sacerdotes dos fœda lues absumsit alter erat Pater franciscus Barre
ra audiendis confessionibus et traducendis ad meliorem mentem hominibus assidue
et satis utiliter intentus cum insigni morum correctione; alter Pater Guones Lopes
latinitatis professor non solum disciplinæ magister sed, et bene uiuendi preceptor.
his precipue quodam munere naturæ ad docendum natus uidebatur, quadam enim
lenitate sermonis, et morum suauitate iuuenum animos unde uellet reducebat, et
torquebat quo uellet; reliqui omnes qui affecti erant a morbo recreati sunt, in proximo
rum salutem ex instituto sua studia contulerunt, dumq fœda mortis contagio ~~morbi~~ pa
lam in urbe grassatur sine discrimine omnibus egrotantibus adfuerunt. Ex con
cionibus quas in primarijs urbis locis nostri frequentes habuerunt insignis fruc
tus perceptus est. instituta est nostrorum opera sodalitas nominis Jesu inter eos qui
publico carcere detinentur, hi cum quouis ineunte mense confessione purgati Chris
ti se corpore refecerunt, lauto conuiuio excipiuntur in cuius sumptus Archiepiscopus
pus singulis mensibus quinquaginta nummos argenteos decreuit, nec in sumptus hac
in re labor inanis fuit, nam effrenata morum licencia quæ in his locis impunita
solet uolitare, coercetur; et moribus efferati, qui soluti legibus intemperia se intem
peranter effundunt in officio continentur. Dum hoc opus Christi natalis ferijs
nostri prosequuntur, piam quandam emulationem regij senatus presidi concita
uit idemq fieri in custodia superiori postulauit, quod non sine magna ciuium
ædificacione perfectum est, multi, qui gliscentibus odijs hostiliter diu certabant, ami
citiæ fœdere copulati sunt, multa fraudata suis dominis restituta, feminæ a tur
pi quæstu ad uitæ honestatem traductæ, exqusa multorum crimina, quæ gra
uissima per multos annos supprimebant, et ad ueniæ spem excitati sunt; multi
etiam generalem uitæ confessionem constituerant; eductos ex carcere ad extre
mum supplicium nostri prosequuntur. Sed unum preter alia accidit mirabile
quidam Agarenus rogo iam damnatus cum nullis exortationibus adduci posset
illi repente diuinitus iniecta longe alia mens est, diuinum enim lumen cælitus
affulsit, et angelica ut ille aiebat uoce excitatus errorem quam antea detinebatur

depulit

depulit, nostrorum tandem opera fidei doctrine instructus, ita confirmatus est, ut
ipse sese sponte obiiceret supplicio, tempus q urgebat, quo ex carcere educeretur, mirabi
li demum constancia, et animi ferventis ardore spe salutis minime dubia assum
tus est. Fiunt ad vicina loca frequentes excursiones, et frequentius in civitate
non procul ab urbe positam, ubi si sepe alias, nunc maxime concionum fructum
experti sumus, multi enim ab aliarum usu abducti confessiones generales inie
runt, alii a pravis consuetudinibus in quibus consenuerant, abstracti, longe
aliam vite rationem instituerunt. Cum urbis Archiepiscopus suam diocesim obi
ret, duos de societate secum deduxit, qui, et in confessionibus, et concionibus exci
piendis preclare operam posuerunt, et precipue in urbe Loxa, (ibi enim diutius
constitere) nostrorum concionibus commota civitas, in quadragessime tempus
dari sibi eundem concionatorem efflagitavit neq inde exiguus fructus partus
est. Hanc ipsam urbem cum idem pater in Eucharistie solennius rursus repeteret
sacerdotum conventu faccionibus distractum iurgiis q inter se dissidentem inve
nit; cumq honestus quidam vir ad sedandas discordias ab Archiepiscopo dimissus
in componenda pace frustra sudasset Pater indicto sacerdotum conventu, sanctaq
concione tantum proffecit ut in reconciliate gratie testimonium, omnium consensu
divi Petri sodalitas instituta sit. Habite sunt domi nostre promeridiane concio
nes toto anni decursu, ad quas ingens hominum vis avide concurrebat. quod
de christiani hominis officiis, deq iis, ad que quisque pro sui status ratione tenere
tur, sermo institutus est. Civitas universa, et precipue urbis Primarii sunt
erga nos egregie affecti, et amore quo nos complectuntur, quoties occasio fert
testatum facit, nos enim non raro invisunt, et rebus nostris impense favent.
Inter alios viros precipuos, qui apud nostros spiritualibus meditationibus ex
culti sunt, unus fuit antiquior regii senatus auditor, atq eo tempore tribu
nali presidebat, hepdomade sancte feriis, intermissis, negotiis, aliis apud nostros
se collegi et generalem confessionem iniuit, quem commitatus est quidam alius
ad regium tribunal recenter promotus, qui non prius proficisci voluit, quam
diebus aliquot apud nos divertens, generalem confessionem peragere. Quem
nuper suscepimus studiorum laborem, civitas universa grati animi significa
cione prosequitur, et verbis magnifice extollit. sentit enim et cognocit indies
clarius, quam ingens fructus ex his latinitatis studiis que nuper aperuimus
existat experitur in melius insigniter commutatus adolescencie mores, et acria
res ad incumbendum in literas conatus atq progressus, et licet aliquis quos
aliene laudis livor obduxerat, tam pio operi initio obtrectare, et inani nescio
qua lucri sibi sublati querela obsistere conabantur, tamen hec ipsa exordii di
ficultas rem illustriorem reddidit, et quanto concilio cives hac studiorum
institutione sue civitati prospexerint, omnibus plane constat, discipulorum
mirus est in suos preceptores amor et observancia et ad omnem virtutem
maxima propensio, et cum numerus eorum opinione omnium maior s
cholas habeat, brevi tempore tam longe in literis processerunt vix ut sibi
persuadeat civitas potuisse fieri nostrorum. C. nunquam intermissa opera
ut nondum fere sata literarum semina, tam uberes fructus ita celeriter
profundant, que res non obscuram de nobis opinionem concitavit, in ea urbe
que tot literatis hominibus abundat; in ipsa studiorum renovatione dialogus
quidam fuit exhibitus ingenio et erudicione planus illustrissimo Archiepisco
po, senatu regio urbis, et eclesie conventus, ac tota fere granatensium nobilitate
inspectante is tum actionis venustate; tum ipsius aparatus magnificencia
omnibus accidit iucundissimus. subsequuta deinde est gravis et splendida
oratio quam de instituenda iuventute habuit primi gimnasii preceptor, sin
gularemq ad mirationem presentibus exitavit. deniq eventus ipse probavit satis
quam prudenti consilio fuerit excogitata recens studiorum in ~~stitutio~~ hac urbe
institutio

Collegium Montilanum.

Collegium hoc, cui domus probationis coniuncta est habet ex nostris quinquaginta
duo, qui rei domesticę dabant operam lenta tysi confecti sunt, singularis patientię
omnibus exemplo relicto. Adscripti sunt nostrorum numero Vnus et Viginti optima
omnes spe, et animi & ingenij prediti, et ad societatis munera idonei, sed inter omnes
maxime insignis fuit duorum nouitiorum singularis constantia, alter illorum patruo
suo, (qui a patre Prouinciali epistolas in ipsum extorserat) seorsum creditus est
vt illius animum exploraret, rogansque vellet ne in paternam domum reuerti: se iam
quod diu optauerat a Deo impetrasse respondit, neque vllare adducendum esse, vt
ab illa mente desistat. Alter vero vnicus erat viduę matris filius, hęc vbi resciit, fi-
lium in nostram societatem cooptatum; nuncio ad se repente delato, grauiter mente per-
culsa est, nec mora longum iter suscepit ea mente, vt filium quem habebat charis-
simum secum retraheret, filium blande alloquitur, et lachrimis, precibusque oppug-
nat, expugnari tamen non potuit adolescens, aut flecti matris importunis pręci-
bus nec flere; eo omnium incumbunt conatus, vt iuxta societatis regulas et
institutum se effingant et informent, ac ingenti animorum ardore virtutis viam in-
sistant, se constanter abijcere, motus animi immoderatos infringere, insurgentes
animorum elationes comprimere, corpusque varijs afflictionibus exercere studuerunt.
Nec domi se continuit nostrorum labor, sed ad externos etiam emanauit, & quia lo-
cus iste vicinis opidis vndique cingitur, preter contiones domi continenter habitas,
in circum iacentes populos, et villas excurrimus atque in cultis agrestium homi-
num animis diuini verbi semine sparso amplam segetem domum reportamus, vnde
fit, vt confessionum fructus copiosus existat, sed precipue solemni Circumcisionis
die, cum Iubilei indulgentia proposita fuit, admirabilis hominum multitudo
confluxit, octo n. ante diebus indulgentia euulgata, nunquam interruptus est con-
fitentium concursus. Illustrissimus Marchio ceteros ad honorem suo exemplo inui-
tauit, qui eodem ipso die sacro eucharistię conuiuio inito, diuinis rebus interfuit, eique
de more oblato cereo fundatoris honos publice delatus est, in summa annonę di-
ficultate, quę ingrauescebat indies, et miseram plebam, (quę extrema egesta-
te premitur) male vexabat, rationem inierunt nostri, qua publicę calamitati con-
sulerent, & miserorum egestatem leuarent, corrogata n. ex ditioribus elemosy-
na singulis hebdomadis quinquaginta numos aureos egenis impertiebantur, quod
opus aluit et vehementer promouit Illustrissimus Marchio, qui magnam
pecunię vim, in eam ipsam rem liberaliter decreuit.

Collegium Marcenense.

Versantur in hoc collegio tredecim, sacerdos vnus ad cęleste domicilium
euocatus est, is erat pater Bapt.ª Ferrer, qui exacta iam ferme ętate re-
ligionem fuerat ingressus in proximis tamen iuuandis labor ętatis fluxu
minime constitit, sed quod erat ętatis reliquum in proximorum salutem lau-
dabiliter impsumpsit. Multi ~~nostre~~ antea a nostrorum consuetudine alieni
initis generalibus confessionibus arctius se nobis adiunxerunt. Ducis Archo-
brigensis rogatu, huc patres ad generalem congregationem conuenere, quę vt
primum congregatio haberi cepta est, ad eum vsque diem quo dissoluta fuit patri-
bus vniuersis omnia liberaliter ad victum supeditauit, ac simul vestem sacram
textili argento, et auroque magnificis operibus pictam donauit, hęc septingentis
aureis numeris ęstimatur. Noui templi opus sic in hoc tempus vrgere curaui-
mus, vt maior ędificij pars constructa esset, superinducti sunt calce parieti-
~~bus~~ & omnia quę ad templi pulchritudinem expectabant apte concinnauimus
Vt sacra eucharistia magnifico apparatu, tibijs, simphonia, et ~~cum~~ choreis
procedentibus, solemni pompa a patribus, et vniuersis religiosis ordinibus eo
transferretur, & quo maior fieret diei celebritas exibita fuit vesperi come-
dia, ducibus atque vniuerso populo inspectante, deinde singulis diebus, qui-
bus congregatio durabit singuli patres contiones habuerunt magna hominum

Dedicaçao de la igreja

frequentia, & aprobatione. Hoc ipso tempore nobilissimi Ducis Archobrisen
sis nostriq; collegij fundatricis ossa certo quodam loco in id usq; tempus deposita
in templum nostrum per nostros deducta, et funebri contione humata sunt.
Ducum in nos beneuolentia et amor si unquam alias, nunc maxime nobis perspectus est, neq; n. in nostris commodis augendis eorum studium nunquam defuit
quecunq; vel ad animu, l. ad gubernationem expectant, ad collegij rectorem
deferant, illiusq; iuditio de rerum statu, quoties anceps expeditio contingit deliberant. Presunt scholis puerorum, qui prima elementa discunt duo ex nostris
quorum industria omnibus pietatis officijs a teneris imbuuntur, dumq; ad scholas veniunt, abeunte die e suis quiq; pagis euocati, agminis instar, signo
crucis erecto, Christianę fidei rudimenta ad ipsa usq; scholarum limina decantant. Obfirmatę feminę cuiusdam animus cum flecti non posset, ut filij
sui omicidam ab exilio reuocare permitteret, (ut parentibus, qui extrema
inopia laborabant, opem ferret) patris cuiusdam hortatu, et persuasione emolitus est, exiliumq; remisit.

Collegium Gaditanum.

Quindecim Gadibus commorantur, omnes in proximorum salutem utiliter operam impendunt, quod n. portus hic exportandis importandisq; mercibus
sit maxime celebris, mercatores in negotiat. gerenda, implicatas conscientię
rationes, apud nostros expediunt, libenterq; nostris consilijs obtemperant: quare multi ab usurario questu abstracti sunt. Turco unus et sarracenus alter per nostros fidei rebus instructi sacro fonte lustrati sunt.
Inuisitur pietatis et officij causa publicus carcer, aliaq; pietatis opera suscepta a nobis et perfecta sunt. Puerorum institutioni vacant tres
ex nostris; sacra supellex aucta hoc anno est quinque mille argenteorum
largitione; unde duo altaris ornamenta opere damasceno auro intexto
ad spetiem satis venusta, confecta sunt: alię item vestes bombicino opere et ad vestiendum altare et adornandam pyxidemq; sacram contegendam: morbi
contagio quę urbem totam ocupauit Dei beneficio nullum nostrú attigit.

Collegium Triguerense.

Habitant in hoc collegio septemdecim, qua omnes contentione ad virtutis studium incitati, omniaq; charitatis officia erga proximos complectuntur ad finitima etiam oppida, aliorum ope destituta, non sine magno animorum fructu dimissi sunt. Duo baptisturientes Marchiones viri pietate insignes, nostros precipuo quodam amore prosequuntur, sic quoniam nostrorum sermone, et conuictu gaudent, ut hebdomade sancte ferijs uir illustrissimus cum filio herede ad nos diuerterit, et quasi unus de societate
non solum mensae inter domesticos acubuit, communibus epulis contentus,
uerum et ipsis pascsuae ferijs nostris permixtus ad scopas se abiecerit,
die uero sequenti sacris epulis refectus in propriam domum reuersus est. Singularis etiam est Metinensis ducis in nostros
beneuolentia, et in ijs, quae ad gubernationem pertinent nostrorum
consilio ita libenter utitur, ut nihil totius status gubernatorem
nobis inconsultis deliberare permittat. Solum etiam peramplum nostro predio contiguum, ac nostris usibus satis commodum" liberaliter addixit. Ad scholas Alfabetarias non
in colas solum sed ex uicinis etiam oppidis doctrina, et moribus informandos filios suos parentes dimittunt.

" nobis

Collegium Malacense.

Degunt in hoc collegio sexdecim, qui societatis munera ex instituto laudabiliter exercent, imminutus est hoc anno scholasticorum numerus, eos enim diuturna pestis quae urbem extreme conflictauit, ac perpetuis funeribus pene exhausit; partim dissipauit, partim etiam absumpsit, pauci tamen qui remanserunt uirtutem egregie colunt. ~~Publica ualetudinaria inuisiuntur.~~ Triremibus damnatis, qui sic in uinculis detinentur, in extrema miseria nostri subueniunt. Publica ualetudinaria inuisunt; homines uagos ex ima faece collectos, qui in hoc littore temere dissipati consistunt ad sacramentorum confessionis praecipue usum hortantur, in extremo agone certantes, confirmant eos, qui capite damnati ad extremum supplicium ducuntur omnibus christianae pietatis officijs nostri prosequuntur. Nusquam demum est ab opere cessatum. Urbis episcopus opinione (quam de nobis habet) non obscura si quae accidunt ardua, et impedita negocia, nostrorum consilia requirit, eaque libentius complectitur, neque urbe episcopatum lustraturus egreditur, quin aliquem sibi e nostris socium itineris et consiliorum adhibeat. Sacra supellex aliquarum uestium ad sacros usus accessione locupletior euasit.

Collegium Baecanum.

Sunt in hoc collegio octodecim ex nostris, ac usitatis societatis muneribus res christiana omnium praeclare gesta est, concionum fructus maxime constat ex assiduis confessionibus, quorum numerus hoc anno insigniter auctus est, uix enim expositi semper patres satisfacere omnibus poterant in plateis ciuitatis, in academia, publicaque custodia frequenter de diuinis uerba facere, aduentus et quadragesimae tempore dimissi sunt nostri in diuersa loca, ubi non solum excepti sunt magna ~~hominum~~ omnium laetitia, et gratulatione, uerum etiam fructus maximus ex eorum concionibus est consequutus. Multi nostrorum opera inducti sunt, ut generali confessione contractas uitae maculas delerent: nefaria quae usu male inueterauerant penitus sublata iniquo consilio multis annis celata crimina patefacta, ciuium contentiones, quae magnos motus minabantur consopitae, constituta etiam pax inter duos nobiles ciues iurgijs, ac

lite

lite desidentes, quorum odia tacitis discordijs iampridem contenta quo tandem erutura essent, formidabatur, nascentia inter alios desidia iactatis mutuo contumelijs excitata compescere, obfirmatas longo tempore inter cognatos inimicitias sedare, exortas lites, in quibus persequendis opes suas omnes quidam profuderant componere nostri studuerunt: nec in hac nostrorum contentione ullus fuit conatus irritus, adeo, ut quidam qui accepto in bracsio vulnere mancus euaserat, non solum reo veniam condonauerit verum id etiam egisse, qui lesus fuerat publicam custodiam adierit, ut illum, qui vulnus sibi inflixerat (erat n. in vinculacon iectus) e carcere liberaret.

Collegium Nazarezanum.

Diuino beneficio ~~arbitramur~~ factum esse arbitramur ut seuiente hoc anno pestilenti morbo et urbemomnem debastantem ex nostris qui fuerunt hoc anno quatordecim nullum attigerit non sane, quod, nostri, periculo se subtraxerint .i. temporis acerbitatem subter fugerint quouis enim euocati sine dis crimine presto aderant concionum ac confessionum frequentia eadem qualis autior etiam hoc anno fuit publicas custodias hospitalesque domos inuisimus uiri urbis primarij qui graues inter se inimicitias exarcebant nostrorum opera in gratiam rediere sed et respublica quae antea factionibus diuisa est aliter decertarat iam nunc restinctis odijs tranquilla pace quiescit Aresobrigam (vulgo argos vocant) patres nostri profecti sunt ut urbem morum licentia dilapsam ad honestatum traducerent, et licet initio repugnatum est postea tamen humanissime et gratulanter excepti sunt, nostrorum demum hortatu seueriori disciplina reuocata longe alia uiuendi ratio instituta est tantusque animorum motus excitatus est ut ad excipiendum virginis rosarium efigies quae sacras quas nostri distribuebant diebus dominicis singulari pietate uni se tota ciuitas confluerit. Ad amplificandum domus nostre angustias duas alias que lateribus aderant adiunximus quarum accessionum et templum dilatatum est et ipsa nostrorum habitatio hortu ad nostrorum lebamen nuper consito aliisque domesticis officinis autior commodiorque euasit

Hec de rebus Batrsicis hoc anno scribenda duximus que tue reuerende paternitatis sacrificijs et orationibus indies proue henda esse confidimus

Anno 84



PAPELES
de
JESUITAS

H

Caja
A - 40